



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

77. An Pontifex possit dispensare, ut Sacris Ordinibus initiatus
matrimonium contrahat? Et deciditur nullum esse jus divinum prohibens
matrimonium, vel usum ejus ordinatis in Sacris; atque adeò non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

principale hic sunt character, & potestas Ordinis: obligatio autem ad continentiam est accessorium; ergo cum illa valedicatur, haec etiam validior erit.

¶ Secundo. Ius Ecclesiasticum dirimens matrimonium est absolute annexum Ordini sacro non minus quam iura Ecclesiastica sunt annexa Baptismi; ergo sicut iura Ecclesiastica comprehendunt baptizatum ante ipsum rationis, ita etiam ius Ecclesiasticum dirimens matrimonium annexum Ordini sacro comprehendit sacerdos initios ante ipsum rationis.

¶ Tertio. Validè indecens est, & contra religionis cultum debitum Sacerdotio, cum qui ad gradum Sacerdotis promotus est, ad matrimonium statim descendere. Cuius rei iudicium est, quia in Ecclesia Graeca, in qua Sacerdotes in aliqua Provincia habent uxores, & eis certis temporibus vivunt, quemuis ex matrimonio ad sacerdotium ascendantiam a sacerdotio ad matrimonium non modo permittuntur.

¶ Vnde ex his ego puto, utramque sententiam probabilem esse. Sed si aliquis vellet stare in opinione negatrici, dicendum est, infantem ordinatum ante ipsum rationis posse, si Ordine vti nolit, ad matrimonium transtire, & idem dum fuerit sui compos, dandam esse optionem, velut in Ordine permane, an resistere. Quod si yet permanere, iam yoto castitatis manebit ligatus: si autem resilire eligat, manebit suspensus usi Ordinis.

¶ Notandum est tamen in omnium sententia posse Ecclesiam constitutre, ne in posterum ad primam Tonsuram, aut Ordines minores promouantur, nisi, qui se yoto castitatis solemniter astrinxerunt, sicut præcipit de Ordinibus sacris. Quia non tam Ecclesia matrimonij in eundi potestate auferret, quam ipsi suo facto ea le ipsos priuarent, eligentes sua sponte statum cui id votum annexum est. Et posse Ecclesiam haecenius initiatum præcipere castitatem, aut ut omni Clericorum priuilegio canteant. Sicut cap. viii. de Cleric. coning. in 6. statuit Clericos ducentes uxorem his, aut viduam, desfuit omni priuilegio. Et ita docet Azotius tom. 1. lib. 13. cap. 13. queſ. 4. & Sanchez lib. 7. d. p. 31. num. 4.

RESOL. LXXVII.

An Pontifex possit dispensare, ut Sacris Ordinibus initiatu matrimonio contrahat?

Et deciditur nullum esse ius diuinum prohibens matrimonium, vel ipsum eius Ordinariis in Sacris, atque adeo non esse in illis de iure diuino continentiam perpetuum, tametsi ea sit quid iuri diuino maxime contentaneum, quod idem dicendum est de Episcopis.

Et discentitur, an ea obligatio sit solum ex Ecclesiæ præcepto, directe præcipiente illis castitatis, vel immediate sit ex yoto castitatis in Ordine sacro tate emissa? Ex part. 8. tract. 1. Refol. 7. 2.

¶ Negatiæ prima facie videtur respondendum; nam Ioannes Matij in 4. dī. 24. queſ. 2. Thomas VValdensis tom. 2. de Sacrament. c. 128. Michaël Medina lib. 1. de sacror. homin. continent. c. 99. & 100. Iodocus Clémentius lib. de continet. Sacerdot. c. 4. Franciscus Turrianus in lib. de sexta. ſextima, & octaua Synodis, & lib. 2. de dogmaticis verbi Dei charæteribus; & quidam alij opiniati sunt, di iure ipso diuino & instituto Christi Domini annexam fuisse Ordinibus continentiam, non quidem omnibus, sed maioribus, & sacris, incipiendo videlicet à Subdiconatu. Et vel voluntate diuino interdicti tantumne Clerici post susceptum maiorem Ordinem contrahant matrimonium, vel etiam ne yi possint matrimonio,

quando post illud suscipiunt Ordinem: quod totum contendit præcipue Turrianus.

2. Sed his non obstantibus affirmativa sententia adhaeres, pro qua suppono nullum esse ius diuinum prohibens matrimonium, vel ipsum eius Ordinatis in facis, atque adeo non esse in illis de iure diuino continentiam perpetuum, tametsi ea sit quid iuri diuino maxime contentaneum. Ita D. Thomas, 2. 2. queſ. 88. art. 1. & est communis sententia Theologorum. Prima pars ostenditur, quia nullum est principium ex quo tale diuinum ius colligi queat, quia in Scriptura, seu in novo Testamento non habetur. Nec Christus Dominus suis Discipulis, vel Apostolis hoc, in quam tanquam præceptum posuit, sed tanquam permissionem. Neque in nullo loco D. Paulus significavit præceptum aliquod præterim a Christo Domino datum, quo probatur Episcopus, etiam post Episcopatum, fuisse matrimonij statum. Nec denique ex traditione satis infertur. Nam etiam demus hanc traditionem dati a temporibus Apostolorum; adhuc in deo non colligitur præceptum diuinum: nam præcepta Apostolica sunt humana, non diuina, iuxta dictum Pauli 1. Corinth. 1. *Præcipio ego, non Dominus;* & de ipsis præceptis, vel consuetudinibus introductis ab Apostolis, constat quoque ex traditione ab ipsorum temporibus. Igitur ex traditione Apostolica non satis colligitur præceptum diuinum, nisi aliunde, aut ex materia, aut ex aliis indicis innotescat; nihil autem horum in præfenti reperitur.

3. Probatur ex Concilio Ancyran cap. 10. vbi dicitur: Diaconi quicunque (cum ordinantur) si in sua ordinatione proficiunt sive dicentes velle se habere uxores, nec posse se contineat, iij postea si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propriae quod his Episcopus licentiam dederit. Qui cumque sane tacuerint, & sucepti manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio celste debebunt. Ex quo Concilio patet, continentiam non esse iure diuino sacro Ordini annexam: nam est improbabile, illud Concilium sati vicinum temporibus Apostolorum, in re adeo graui errasse. Confirmatur: nullo Pontificis, vel Concilij decreto talis error in eo Concilio notatus est, qui tamen præteriti non debuisset, ut postea Ecclesia maxime noxius.

4. Igitur dicendum est, obligationem Clericorum ad continentiam, esse solum iure Ecclesiastico annexam ordinatis in Sacris. Pater ex præcedentibus dicit: nam cum prædicta institutio non sit iure naturæ præscripta, nec sit diuina vt ostensum est, alia esse non potest nisi humana Ecclesiastica, cum illa legitime sit, & honesta, & vim habeat obligandi, vt ipso sibi sati euidenter constat, & expresse traditur ab Innocencio Papa II. in cap. 40. vlt. lex. 27. queſ. 1. vbi ita cum statuerit, si Episcopi, vel alij in factis Ordinibus uxores ducant, debere statim separari, & pro tanto excessibus condignam penitentiam agere, subdit rationem, sic dicens; prædictam copulationem contra Ecclesiasticam regulam constat esse contraria. Constat igitur ex ordinatione Ecclesiæ de facto castitatis obligationem esse coniunctam cum Ordinibus sacris, secundum præsentem ipsum Ecclesiæ Latinæ. Ut etiam expresse docuit Tridentinum cap. 24. canon. 9. vbi continentiam Clericorum in factis in legem referit Ecclesiasticam. Ergo si continentiam annexa est Sacris Ordinibus ex constitutione Ecclesiæ, sequitur post Pontificem ex magna aliqua causa dispensare, ut Clericus initiatu sacris Ordinibus matrimonium contrahat.

5. Et ideo nostram sententiam, nempe, continentiam non esse annexam Sacris Ordinibus ex iure diuino, sed Ecclesiastico, docent Doctores, quos citat tr. 5. Rel. 13. & sequitur doctus, & amicissimus Pater Averfa de in fine sacramento

In ordine ad Sacram. Ref. LXXVIII. 299

sacramento Ordinarii, quæst. 4. sect. 3. qui cum variis rationibus probasset nostram sententiam, postea testatur, illam approbare facta Pontifici, & ideo sic afferit. Accedit etiam, quod interdum in ipsa Romana Ecclesia à Summo Pontifice dispensatum est, ut aliquis facto Ordine insignitus, possit vxorem ducere: quod dispensato nequit fieri debuisse, aut posse, si obligatio continentiae esset annexa sacro Ordini de iure diuino. Nec refert quod Michaël Medina respondebat, nunquam dispensatum fuisse, vi quicquid simul deinceps in sacro Ordine ministraret. Nam certè, si hac in te adesse ius diuinum, non obligare solum ad hoc, ne quisquam retineat simul exercitiū Ordinis, & vsum matrimonij, sed ne simili pectori interficeret matrimonium, aut illo vteretur post falecū Ordinem, ergo ad hoc non obligat, neque ad illud. Sed absolute potuisse etiam Ecclesia dispensare, vt Clericus ordinatus interficeret matrimonium, & que vteretur, & in suo Ordine ministraret. At quia in hac re Ecclesia non dispellet, nisi ex maxima causa, ob rigorem, & gravitatem ipsius Ecclesiasticae institutionis; neque occurrit causa, vt simul exercitium Ordinum concedatur, cum abunde suppetant cœlibes viti qui in Ordinibus ministrant, id est in hoc non est dispensatum. Sed alia bene consilium fuit, vt conjugati prouerherentur ad sacros Ordines, & deinceps posset & matrimonio vti, & in Ordinibus ministrare, nempe apud Graecos. Nec etiam satisfaci quod respondet Maior, non esse quidem iure diuino iterum matrimonium post Ordines contractum, sed esse illicitum: & in hoc posse Pontificem graui causa dispensare, sicut potest in aliis votis. Supponimus enim nequit quam posse Pontificem dispensare in diuinis præceptis: licet possit in aliis votis, relaxando vinculum nostre promissionis.

6. Sed cōsto iam ex sola Ecclesiæ constitutione tenet huiusmodi Clericos ad seruandam castitatem, non pauci refutent, an ea obligatio sit solam ex Ecclesiæ præcepto directe præcipite illis castitatem, ut præcipit audire Missam diebus Dominis, vel immediate sit ex voto castitatis in Ordine facta tè emulso, mediata verò ex Ecclesiæ constitutiōne, que id votum Ordini facto annexit, quod iure diuino angustum non erat. Nam si ex merum præceptum Ecclesiasticum, valida erit dispensatio Pontificia ad contrahendum matrimonium sine causa concessa, & potest post initium matrimonium perfidum. At si sit obligatio ex voto, non est valida dispensatio abfue legitima causa concessa; & post matrimonium initum obligat votum, in quantum patitur status matrimonij, nempe ad non petendum debitum. Valentia tom. 4. diff. 9. punct. 5. §. 1. docet, nō esse id proprium votum, sed Ecclesiæ statutum. Alij vero communiter cum D. Thoma 2. 2. q. 88. art. 7. & 11. sententia hanc obligationem esse ex vero, ac proprio voto, quod etiam cum multis, quo refert, & sequitur Sanchez lib. 7. diff. 27. n. 10. Et manifestè ostendit videtur, quia vt patet ex D. Gregorio epist. 42. & refertur cap. 2. diff. 28. Ecclesia præcipit nullum ordinari Subdiaconum, ni continentiam promittat, quod etiam Episcopi obseruant. Nam ordinandi proponunt hoc votum, qui hoc ipso quo potest Ordinem suscipiant, consentur illud vovere.

7. Sed ego puto, obligationem seruandi castitatem in Clerico in facris, & illius inhabilitatem ad matrimonium subsequens, oritur non tantum ratione voti solenis castitatis, seu iuris Ecclesiastici annixi voto castitatis, fed etiam ratione Ordinis sacri, seu ratione iuri Ecclesiastici sibi annixi. Ita Rebello lib. 3. quæst. 12. num. 2. & Gaspar Hurtado diff. 16. diff. 1. num. 1. Probat, nam quod tale impedimentum restat in ordinato ratione impliciti voti solenis an-

nexi ex constitutione Ecclesiæ, manifestè constat ex cap. 6. de voto in 6. Et firmari potest, quia hoc in impedimentum ordine naturæ, vt sic dicam, disponit obligationem non ducendi uxorem, hac autem obligatio quantum est ex intentione Ecclesiæ oriens debet ex voto per sacram ordinatiq[ue]m solemnizatio. Præterea quod tale impedimentum proueniat quoque ex sola ordinatione in facris, satis firmatur communis sensu Doctorum constituentium, vt distinctum impedimentum, Ordinem, & Votum. Fauer etiam Tridentinum, eff. 24. cap. 7. vbi continentiam Clericorum in facris, & in inhabilitatem ad contrahendum matrimonium, non ad votum refert solemne, ad hoc enim refert inhabilitatem Regulatrum, qui castitatem solemniter professi sunt, sed ad legem Ecclesiasticam auctoritatem ipsi Ordini sacro. Ergo, &c. Et hæc omnia supradicta docet clare, & doceat, at semper. Tolerat Pater Perez de matrimonio, diff. 28. feb. 1. cap. 2. cui addit Suarez de Relig. tom. 3. lib. 9. c. 13. Sanchez de matrimonio, lib. 7. diff. 27. Henriquez lib. 10. cap. 14. Coninck de Sacrament. diff. 20. dat. 1. cap. 12. Beccanum de sacrament. Matrim. c. 10. quæst. 10. Arcadium de concord. lib. 7. cap. 33. Soturn de iustitia, lib. 3. quæst. 4. art. 2. & Propositum in 3. pars quæst. 10. vñica de sacramenti. Ordin. dub. 20. num. 191.

8. Cum igitur ex supradictis appearat, vt dictum est, continentiam Clericorum ex institutione Ecclesiæ dimanans, sequitur posse Pontificem dispensare, vt ordinari in Sacris matrimonij contrahant, quod præter Doctorum citatos docet Marchinus de sacra Ordin. tract. 2. part. 6. diff. 7. n. 4. Et ideo nostris temporibus à Summo Pontifice in Hispania dispensatum fuit, vt quidam Subdiaconus matrimonium iniaret.

RESOL. LXXVIII.

An Pontifex possit dispensare, ut Religiosus vxorem ducat?

Et cur finis explanatur, an super hanc bona proprietate possit etiam Pontifex dispensare cum aliquo Monacho? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 73.

§. i. Negatiu[m] responderet D. Thomas in 22. q. 88. art. 11. hanc obligationem esse ex vero, ac proprio voto, quod etiam cum multis, quo refert, & sequitur Sanchez lib. 7. diff. 27. n. 10. Et manifestè ostendit videtur, quia vt patet ex D. Gregorio epist. 42. & refertur cap. 2. diff. 28. Ecclesia præcipit nullum ordinari Subdiaconum, ni continentiam promittat, quod etiam Episcopi obseruant. Nam ordinandi proponunt hoc votum, qui hoc ipso quo potest Ordinem suscipiant, consentur illud vovere.

7. Sed ego puto, obligationem seruandi castitatem in Clerico in facris, & illius inhabilitatem ad matrimonium subsequens, oritur non tantum ratione voti solenis castitatis, seu iuris Ecclesiastici annixi voto castitatis, fed etiam ratione Ordinis sacri, seu ratione iuri Ecclesiastici sibi annixi. Ita Rebello lib. 3. quæst. 12. num. 2. & Gaspar Hurtado diff. 16. diff. 1. num. 1. Probat, nam quod tale impedimentum restat in ordinato ratione impliciti voti solenis an-

Ad magis elucidā. In doctrinam huīus quæst. & Ref. lege latam doctrinam Ref. seq. signat̄ in §. 1. prop̄ finem, & §. Ad secundū. & infra Ref. 95. §. sed. ego & prop̄ finem, ver. Tertio Pon. tifex, & in tom. 2. tr. 6. vnde §. vlt. Ref. 12. & si placet lege tam.

Sup. hac proprietate in Refol. leg. Nec obstat. cursim in principio, & breueriter etiā in §. Quodā posset, ad lin. 8. & infe- riū in tr. 2. Ref. 66.